



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

Concilium Monspeliense Qvo Simoni Montfortiano Comiti Tolosanus
comitatus, ex quo Albigenses haereticos eiecerat, datus fuit tempore
Innocentii papae III. anno Domini MCCXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

Relaxatio
interdicti.
relaxauit sententiam solenniter interdicti, postquam durauerat annis
sex, mensibus tribus, & diebus quatuordecim, ad irrestaurabile dam-
num ecclesia, tam in temporalibus quam spiritualibus. Qua relaxa-
tione facta, gaudium per totam terram pulsando, & hymno Te Deum
laudamus cantando, exortum est. Hac de rebus in ista Synodo gestis
Matthaeus Paris.

ANNO
CHRISTI
1214.

CONCILIVM MONSPELIENSE
QVO SIMONI MONTFORTIANO COMITI
Tolosanus comitatus, ex quo Albigenses hereticos
eiecerat, datus fuit tempore Innocentii papae III. anno
Domini M C C X V.


N O T A.

Concilium.] Acta Concilii Bzouius in annalibus his verbis de-
scribit: *Hoc eodem anno, intra quindecim dies post natalem dominici-
cum, Petrus Beneventanus cardinalis legatus, postquam ex comitiis
Ilerdensibus, ubi in verba Iacobi regis Aragonii proceres iurarunt, re-
uertisset, celebrissimum Concilium apud Montempezzulanum congrega-
uit. Interfuere quinque archiepiscopi, nempe Narbonensis, Aquensis,
Ebredunensis, Arelatenensis, Auxitanus: item viginti octo episcopi, ac
multi abbates, religiosi, & nobiles. In eo ex communi consilio & consensu
legati & totius Concilii decretum est, ut Simoni comiti Montfortio,
propter praelaram in bello aduersus Albigenses operam nauatam, &
eximia in ecclesiam Romanam virtutum merita, tota ea regio, quam armis
feliciter occupauerat, tribueretur, isque dominus & princeps totius di-
tionis constitueretur: nisi aliter Innocentius pontifici statuere visum esset.*
*Ea de causa Romam missus est Bernardus archiepiscopus Ebredunensis
Concilii legatus cum aliis clericis, qui patrum nomine ab Innocentio po-
stularet, ut synodale decretum ratum firmumque haberet, Simonemque
dominum terrarum omnium eo sacro bello acquisitarum esse iuberet. In-
terim Ludovicus regis Galliarum filius, Cruce ex voto contra Albigenses
suscepta, Lugdunum venit. Sed legatus, qui in potestate sua Tolosam
Narbonamque & alia hostium valida opida retinebat, non nimis Lu-
douici gratum aduentum habuit, quod timeret ne ille tamquam Fran-
cia princeps, ad quem directum & supremum dominium earum urbium
pertinebat, aliquid contra voluntatem ipsius, qui cuncta Montfortio
tradere destinauerat, attentaret. Censebat enim iure legatus nihil iuris
esse Francorum regi de his statuendi: quandoquidem, ipso cessante, sola
Romani pontificis industria, cum exercitu Crucisignatorum, totam eam
regionem ab heretica impietate liberaasset. Sed tamen omnem legati metum
sustulit Ludouici principis bonitas, & ingenium equi bonique amans,
qui apostolicis mandatis & legati consiliis se ubique promptum exhibuit,*

ANNO
CHRISTI
1215.

INNOCENTIVS MONSPELIENSE. FRIDERICVS II. IMP.
P. III. PHILIPPVS AVGUSTVS R. FR. 115

ANNO CHRISTI 1235. cum & legati Concilii opportune Roma reuertentes, literas ab Innocentio pontifice, ad Petrum cardinalem Beneuentanum, ad prelatos, & ad Simonem Montfortium detulissent, quibus auctoritate apostolica statuebat, ut opida, urbes, terra, loca, castra, vel que comitis Tolosani fuerant, vel que in potestate legatorum apostolicorum essent, Simoni Montfortio tradarentur, ipseque eorum custodiam, curam & administracionem cum plenaria iurisdictione, fructibus ac redditibus haberet, usque ad Concilii generalis apud Lateranum, ad proximos dies mensis Nouembris indicti, decretum. Apostolicas literas laudibus Simonis refertas, datas Laterani quarto Nonas Aprilis, pontificatus Innocentii tertii anno decimo octavo, sua Albigensum historiae capite centesimo quadrageximo octavo inscruit Petrus Monachus.



Concil. Tom. 28.

P ij